

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad
Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Sicut ad secundum Christi Adventum renovabitur mundus, ita modo
animus noster æquè est renovandus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

quam gravia sint vulnera, pro quibus necesse est, Dominum Christum vulnerari! Sed quid profectus agnoscere, nisi ut tantò magis timeas culpan & poenam, quantum magis agnosceis esse timendum? Quād clara & aperta voce modò infantiles panni clamant contra mundum, & de culpa mundanaos arguunt; tam disertè & graviter contrā clamabunt in Iudicio, & penas postulabunt dirissimas; Ego sum iudex & testis dicit Dominus. Sicut Murita quidam Diaconus apud Victorem Uticensem contra Elpidephorum virum mundanum, quem saepebat in baptismo, dicebat de linteis quae tunc erant adhibita: Hac sunt linteae Elpidophore, qua te accusabunt dum Majestas venerit iudicantis, custodiente diligentia mea, ad testimonium tue perditionis. Sic plane de Christi pannis, de Christi verbis & factis: Hac sunt verba & facta, Mun-

dane, qua te accusabunt, rejudicabunt, te condemnabunt, quia haec sunt qua te modo accusanti, iudicant, & condemnant. Non erit aliud de mundo Christi judicium quam quod fuit. Ex primo jam facto iudicio, timendum est secundum quod fiet, quia primi est effectus consequens. Ex secundo quod fiet, timendum est primum, quia ejus est causa præcedens. Sic autem utrumque timebitur, si quod est in nobis mundanum & sensuale, collatur. Non est verus timor otiosus, sicut nec amor; magna operantur ubi sunt, non caritate sed spontaneè secundum 1. Pet. 5. Deum, sed voluntariè. Aut si operari renunt, nec timor nec amor est. Sic loquimini & sic facite, ait sanctus Jacobus, sicut per ligem libertatem, incipientes iudicari; Quasi si jam iudicati, quia jam revera iudicium incipit ex hac vita, quod in alia perficitur.

Ter. 29.

L. 3. perfec.
Vandal.

E O D E M D I E.

ALIA VERITAS PRACTICA.

Nihil in futuro iudicio magis metuendum Peccatori,
quam quod minus metuit.

RATIO EST, Quia in futuro iudicio nihil minus metuit Peccator quam benignitatem Christi. Sed nihil est magis metuendum Peccatori quam illa Christi benignitas. Ergo in futuro iudicio nihil est illi magis metuendum, quam quod minus metuit.

Ddeclaratur haec ratio fusissimè in 3. parte, Sabbato post Dominicam secundans Pentecostes, ubi demonstratur quam sit Agni formidanda ira, iuxta illud Apocal. 6. Ab conditores & facio sententia super thronum, & ab ira Agni. Vide his conformatas alias veritates, notatas in Indice, verbo Iudicium, Timor, &c.

E O D E M D I E,

DE DVPLICI ADVENTV CHRISTI DOMINI.

Erunt signa in Sole & Luce, & stellis, & in terris pressura Gentium. LUC. 21.

VERI.



VERITAS PRACTICA.

Sicut ad secundum Christi Domini Adventum renovabitur mundus, ita modo animus noster & que est renovandus.

RATIO EST, Quia tantum debemus Bonitatem Dei que apparuit in primo eius Adventu, quantum ejus Potestatis que exercebitur in secundo.

Sed Bonitas ejus exigit a nobis ut modo sic renovemur.

Ergo sic modo est renovandus animus, atque cum mundus divina potestate renovabitur.

I. PUNCTUM.

Rom. 13.

Hora est iam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus: Sic olim Apostolus nascientem Ecclesiam, sic modo ut renascamur & renovemur, Ecclesia nos excitat, primo hoc sui renovati anni die; quasi si è somno surgeremus. **Nox praecepsit**, dies autem appropinquavit, abiciamus ergo operatenebrarum, & induamus arma lucis. Quænam sunt illa opera? quænam arma? exquire.

In hunc etiam finem, opportunè Evangelium de secundo Christi adventu, cum mundus universus renovabitur, At quo renovabitur modo? expende, ut sic discessus hodiernam renovationem instituere. Sicut enim manente rerum substantia, res omnes immutabuntur, idem cœli, eademque terra, sed aliter affecta omnia, atque in meliorem statum ita erunt immutata ut dicantur novi cœli, nova terra, & nova facta omnia: Mutatione, non abolitione sui, ait S. Hieronymus: Sic planè nos non aliud quam nos ipsi, & tamen aliud per renovationem efficiemur, non aliud scilicet erimus in substantia rerum agendarum, sed in modo agendi; Eadem quippe nobis semper seu devotionis seu ministerij nostri sunt explenda officia, sed non eodem modo, non somnolentè ut alias, non negligenter & perfunditorie, sed religiose & perfecte. Sicut in resurrectione corpus idem nostrum erit, sed non quale modo est, non corruptibile & mortale, Surget enim spirituale, inquit Apostolus ita ex S. Gregorio, vetusta vita prostrata usus mutatur, si anima superne spiritu afflata, & in summa appetat quod contempserat, & contemnat in infinitu quæ appetebat.

Apoc. 21.

1. Cor. 15.

1. 27. Mor. c. 13.

Hoc est renovari mente, hoc est resurgere animo, hoc est quod ex veritate proposita, jam eniti debemus cum. **Gratia** quæ hoc ipso se offerre digna est in hunc finem, quod nos amanter invitat, ut tam voluntate & libenter resurgamus, quæ necessarium resurgentum erit corpore, ad postrem Judicij diem. Neque enim minus debemus Bonitati divinæ, quam Potestati. Cogita quanta sit illa Bonitas quæ apparuit in primo Christi Domini Adventu, in Incarnatione, in Nativitate, in Infantia, in in Pueritia, in Conversatione, in Exemplis, in Miraculis, in Passione & in morte. Nonne hæc tibi bonus Dominus? nonne hæc Bonitatem dedit te meretur, quantum Justitia, quantum Potentia, aut qualibet alia Virtus divina? Magnus Dominus & laudabilis simus, parvus Dominus & amabilis nimis.

S. Bern.

II. PUNCTUM.

A Tqui hoc Bonitas a nobis exigit ut sic modo renovemur.

Id quidem sepius exigit prout ipsa necessitas postulat, sed cum hodie renovetur memoria primi illius Adventus, quo factus Homo Deus, In terra visus est, & cum hominibus conversatus; quid aptius a nobis exigere seu postulare concipiendum est, quam quod primo illo suo Adventu, à Mondo magis postulavit? Quid est autem quod à mundo suis in virtutis inveterato & senilenti magis postulavit, nisi ut reformatetur & renovaretur? Est enim novus Ephes. 4. ille homo cunctis hominibus induendus, deposito veteri cum actibus suis, ut toties monet Apostolus. Itemque apie S. Gregorius, Quia Hom. 32: Dominus ac Redemptor noster novum homo venit in Euang. in mundum, nouum præcepit dedit mundo, vita enim veteri nostra in viuis enarrata contrarietas opposuit novitatu sua.

Bar. 3.

Coloss. 3. S. Coloss. 3:23.

Sicque evidenter appetit illud ipsum esse quod a nobis modo postulat, nisi forte putas nihil in te jam residere quod renovetur, Aa illud putas?

III. PUNCTUM.

Si igitur ad secundum Domini Adventum renovabitur mundus, ita modo animus noster & que est renovandus. Quia videlicet tantum debemus Bonitati Christi quæ hanc modo animi renovationem a nobis exigit, quantum e- jus



zus Potestati debetur quæ resurrectionem corporum & totius mundi immutationem imperabit. Esto enim non cogat necessariò Bonitas, sicut cogit Potestas; minusne propterea illi debetur? Nihilne ultrò & spontè concedes roganti Domino? Nonne indignum generoso pectori suo expectare donec cogaris? Nonne illud pudendum, quia libertati tuae relinquet dare quod rogat, idcirco deneges? Nihilne Be- nignitati, nihil Bonitati debabis? An minus modo meretur Christus quam tū me rebitur, quia modo bonitate magis, quam potestate tecum agit? An ignoras te eō magis cogi quā minus cogeris, cum strictiora bona voluntati sint vincula Charitatis quam necessitatis? Nonne idcirco sic Christus, Dominus primo venit mansuetus & humilius ut te amore devinciret, sic te attraheret in funiculū Adam, in vinculis Charitatis? ò dignum Christo finem! ò dignum finem tam nobili Christum! sed eō me indi-

gnū & Christo & tali fine, si nos commo-
veor! Ecce cælum, inquit Sapiens, & cæli cœ-
lorum, abyssus & universa terra in conspectu
illius commovebuntur, montes simul & colles
& fundamenta terræ cum confixerit illa Deus,
tremore concutientur; Et in omnibus hu-
infatuos cor! Apparet anima mea, appareat Tit. 2.
hodie gratia illa Salvatoris, Quæ apparuit om-
nibus hominibus erudiens nos, ut ab negantes
impietatem & scularia desideria, sobrie & iusta
& piæ vivamus in hoc saeculo. Et sicut erunt signa
in Sole & Luna & Tellio, sic in mente tua, sic
in corpore, & in minimis quibuscunque gestis
seu vitæ negotiis, signa sint animi renovati.

Converte nos Domine & convertemur, inno- Thren. 5.
va dies nostros sicut à principio: Adua me Do-
mine Deus in bono proposito, & da mihi I. de imit.
nunc hodie perfecte incipere, quia Ch. c. 19.
nihil est quod haecenus feci,

Ost. II.

HAC HEBDOMADE, in considerationem venient. ex Personæ quæ proprius spectant & attin-
gunt Mysterium Incarnationis Christi Domini,

FERIA SECUNDA.

DE ÆTERNO PATRE FILIVM N O B I S D A N T E.

Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum
daret. Ioan. 3.

VERITAS PRACTICA.

Sic Deus dedit mundum, ut sic mundus dili-
geret Deum sicut dilectus est.
Sensu hujus particulari sicut, atque adeo totius
Veritatis hic est, quod quemadmodum
Deus mundo suum indicavit amorem, do-
nando ei Filium, quem unicè diligebat,
sic mundus Deo suum indicet, donando ei
quod carius & pretiosius habuerit; Ad hoc
enim tenetur ex illa dilectione Dei qua præ-
ventus est per donum Filii.

RATIO EST, Quia Deo nobis indicanti
suum amorem, tenemur ei nostrum indicare
quæ fieri potest convenientiori modo.
Sed non est modus convenientior, quam donan-
do ei quod carius & pretiosius possidemus.
Ergo illi donandum est, scilicet diligendus Deus sicut
nos diligit. Quod certè est rarum & pretiosum.

I. P U N C T U M.

QUOD primum in tota Incarnati
Verbi œconomia considerandum
venit, æterni Patris est Charitas no-
bis donantis Filium suum, Sic Deus
dilexit

B

dilexit

